

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

OBISPADO DE OSMA

A su tiempo recibió el Ilmo. y Rvmo. Prelado Diócesano, de la Nunciatura Apostólica la siguiente comunicacion.

Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo de Osma.

Muy señor mio y Hermano de mi consideracion distinguida: En vista de los inconvenientes que se han originado, y fácilmente pueden reproducirse, con pedir favores y gracias á la Santa Sede por medio de telégramas; el Padre Santo ha tenido á bien ordenar á todas las Congregaciones y demás centros Eclesiásticos de Roma que, por regla general, no admitan en lo pervenir ninguna peticion hecha en esa forma.

De orden de Su Santidad lo comunico á V. S. I. aprovechando la ocasion para reiterarme su atento S. S. y afectísimo Hermano
Q. B. S. M.

† A. ARZOBISPO DE NACIANZO N. A.

CONFERENCIAS MORALES Y LITURGICAS

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Die 4. Februari anni 1892.

*CASUS. Ex devotione tres personæ jejunarunt: prima scilicet, ut suis sump-
tibus parceret: secunda, ut apud alios videretur bona: tertia vero, famula,
ut sua parsimonia suo consanguineo eleemosynam daret: alia demum non
jejunaret, si Ecclesie præcepto sub gravi obligata non esset. An omnes præ-
fate bene vel male operatæ sunt?*

SOLUTIO. Prima ex his bene operata est, quia opus bonum possuit et qui-

dem ex honesto fine etsi naturaliter tantum honesto; excipe, nisi ad jejunium ducta fuisset ex ambitione vel avaritia, quæ illud opus totaliter vitaret. Secunda vero dummodo primario non intenderet apparere seu videri bona apud alios, bene quoque sese gessit, licet ob secundarium hunc finem aliquod boni operis meritum amitteret: si autem ut finem primarium ac totalem sibi præstituit alios decipere vel laudem gloriamve ab hominibus quærere, tunc opus bonum certe possuit, sed absque ullo prorsus merito, cum propter finem malum, qualis est hyppocrysis et aliorum deceptio, opus illud substantialiter vitietur quod consonum est ac firmatur illo Evangelii loco in quo Christus arguit phariseos qui in publico opera bona agebant, et illis ait, jam recepisse mercedem suam. Tertia autem opus possuit duplicis honestatis ideoquo dupliciter meritorium, in se nempe et ratione finis, sicut, est, misericorditer egenti succurrere, modo, prout jacet, id fecerit sine ullo heri sui detrimento, cum esset famula. Quarta denique, etsi aliquam repugnantiam vel displicentiam ad jejunandum ostenderet, attamen si revera præceptum Ecclesiæ adimplevit ac jejunaret, semper ac præcipitur, non est dicenda male se gerere, quia peccatum grave vitare intendit, dum jejunat, et aliunde totum agit, quod præcipitur; quare ad summum peccatum veniale committeret ob pravam animi dispositionem ad illud præceptum implendum.

Die 18 Februarii.

CASUS. A., decem et octo annos nata, sex missarum eleemosynam dare promissit, si ante vigessimum quintum annum juvenem inveniret, quocum inire matrimonium posset: et revera ita accidit, et matrimonium contraxit. Postea, non tantum de obligatione præfatam missarum eleemosynam dandi dubitabat, quia illa in ætate, quid esset votum nesciebat; sed etiam de sui matrimonii validitate, quia, licet in illud consenserit, nec per verba nec per signa alia, nisi forte per suam præsentiam, exterius manifestavit.

Quid dicendum A?

SOLUTIO. Dicendum erit A.: quod si ipsa, dum ea in ætate votum emissit non modo quid esset votum, nesciebat; sed etiam obligationem, quam secum fert et ab ea contrahendam, procul dubio non tenetur votum adimplere seu eleemosynam sex missarum elargiri, quia nulla contrahi obligatio potest, quin cognoscatur, ignoti enim nulla cupido; ideoque tale votum ex defectu sufficientis deliberationis prorsus nullum dicendum: si vero, dum illud promissit, etsi quid esset votum ignoraret, obligationem ipsi annexam cognoscebat atque reipsa sese obligari voluit, tunc votum ejus validum fuit, quare eleemosynam illam erogare tenebitur sub gravi vel sub levi juxta ipsius intentionem, cum ex doctrina ab omnibus tradita obligatio voti a voventis voluntate, sicut legis à legislatoris voluntate pendeat; si autem ejus intentio vel voluntas innotescere nequeat, pro minimo standum seu in favorem voventis, cum quisque præsumitur sese obligare voluisse quam minime potuit, quare solutum manet, primum dubium A. Quoad secundum vero dicendum est A. ejus matrimonium nullum omnino fuisse, dummodo positive dubitaret, prout in casu jacet, vel sciret suum consensum nullatenus fuisse expressum, nam plane defuit quod ex omnium auctorum sententia necessarium est ad matrimonii sicut et ad cujuslibet contractus validitatem, expressio nempe vel manifestatio consensus verbis aut signis facta, omnis enim inter homines conventio ex jure naturali verbis signisque exprimi debet; secus

de mutua acceptatione minime constabit. Nec sola præsentiâ ad hoc sufficit saltem in locis ubi Tridentinum viget, ritusque, tantum ab Ecclesia præscripti servantur tunc enim si duo coram Parocho ac testibus se sisterent, quin verbum proferrent aliudve signum ostenderent, tantummodo intra se dicentes velle matrimonium secum invicem inire, seseque mutuo amore prosequi validum tale conjugium pronuntiandum, quod absonum est et nemo admittere potest; aliunde siquidem contingere queat quod vi vel fraude adduci quis dicatur ac proinde materialiter præsens esse, quod matrimonii contractui prorsus oppositum est ac repugnat.

Die 3 Martii.

CASUS. *B., Gubernii delegatus, inter leges et leges, præcepta et præcepta non distinguendo, jussa omnia absque conscientie stimulo adimplet; nam, ut ipse ait, subditorum esse legibus obtemperare, minime vero de justitia aut injustitia illarum judicare. Ideoque, et decem pro centum à redetibus beneficiorum ecclesiasticorum, invitis eorum possessoribus, aufert; et domos et hortos, quos rectorales vocant, alienat; aliaque similia contra Dei et Ecclesie leges exequitur. Quid de doctrina et modo agendi B? Peccavitne, et in quas pœnas incidit? Possuntne Sacerdotes spoliati se occulte compensare?*

SOLUTIO. Doctrina B. in genere ac thœrice spectata tuto admitti potest, necnon quando de legis cujusdam justitia vel injustitia suboritur dubium; certe enim non subditorum est de hoc judicare, sed obedire, cum præsumptio semper superiori faveat: verum enim vero nec potest nec debet talis admitti doctrina, cum sermo est de legibus aperte et evidenter injustis, Dei et Ecclesie legi adversantibus, tunc enim honestæ non sunt, nec proinde justæ; lex vero injusta, ex Sto. Thoma, non est dicenda lex, sed abusus potestatis. Quapropter B. agendi modus omnino reprobandus, considerare siquidem et attendere debuisset, utrum Gubernii leges ab ipsomet exequendæ consentaneæ essent necne legibus divinis et ecclesiasticis, non autem veluti cæcutiens sese gerendo: graviter igitur peccavit ob nimiam in agendo celeritatem vel levitatem et culpabilem in agnoscenda veritate negligentiam. Idcirco non effugit seu dicendum est eum incurrisse illam excommunicationem speciali modo R. P. reservatam in Const. Ap. Sedis, cum vere sequestrator existat vel sequestri executor, nisi ignorantia excusetur, ut liquet ex Reat., Ball. del Vecchio, Alsina et aliis, præsertim vero ex allocutione Pii IX de re analogâ 25 Julii 1873. Possunt demum Sacerdotes injuste spoliati sese occulte compensare, quia in hoc casu reperiuntur vel adsunt vere omnes conditiones ab auctoribus assignatæ ac requisitæ ut licita sit occulta compensatio, ut cuilibet patere potest.

Die 17 Martii.

CASUS. *Missam solemnem celebrans C., parochus, assistentibus noviter ordinatis Diacono et Subdiacono, post consecrationem per sanguinis hominis effusionem ecclesia violata est. Pace statim in ecclesia restituta, sed ea nondum reconciliata, perrexit C. sacrificium. At ecce, post sumptionem hostiæ, subito syncope correptus C, cecidit in terram; et tunc Diaconus, cum ibi non esset alius sacerdos, calicem accepit, deditque sanguinem in firmo celebranti, tum ut ei esset per modum Viatici, tum ad sacrificium perficiendum. Quid ad casum?*

SOLUTIO. Parochus C. optime sese gessit Missam prosequendo ecclesia

violata post consecrationem nec reconciliata; ita siquidem statuit Rubrica Missalis Tit. 10, núm. 2.^o de defectibus, necnon auctores hac de re tractantes, prout De Herdt tit. 10, núm. 164. De Diacono autem dicendum ipsum saltem nimis celeriter egisse syncope abrepto sanguinem porrigendo; nam ex eadem Rubrica núm. 3.^o aperte colligitur ipsum minime potuisse nec debuisse illud agere, non per modum Viatici, cum jamjam paulo antea sub specie panis communicaverit, nec soleat sub vini specie Viaticum ministrari, imo ab Ecclesia nequaquam permittitur: nec aliunde id facere potuit ratione perficiendi sacrificii, etenim præscribit Rubrica in hoc casu expectandum esse, ut infirmus, qui quidem perficere sacrificium debet, si fieri potest, convalescat, etiam interposita mora; vel si hoc non contingat, ut advocetur alius sacerdos jejunus, si adsit, vel non jejunus, qui sacrificium perficiat, nisi ob locorum distantiam aliamve causam facile inveniri nequeat, vel etiam immineret magna irreverentia aut sacramenti profanatio. De Herdt, loco citato núm. 168. Fortasse ob hallucinationem in illo tunc veniam mereri posset Diaconus, dummodo nullum adesset effusionis S. Sanguinis periculum, et ab infirmo, syncope statim transacto, tuto trajici potuisset.

Die 31 Martii.

CASUS. *D., ut magis tolerabile sibi esset jejunium, hora decima matutina parvam cœnam sumit, et prandium hora sexta vespertina, et plerumque jejunium non servat, tum quia, cum animadvertit, illud duobus prandiis jam fregerat, tum quia in ultimis jejniis sexaginta annos jam expleverat: et in omnibus præfatis diebus absque ullo privilegio carnes sumpsit, quia hoc præceptum, ait, in desuetudinem abiisse. Quid de modo agendi D., et de ejus doctrina?*

SOLUTIO. Agendi modus D. non est graviter reprehensibilis prandii horam invertendo, siquidem S. Alf. aliique auctores cum ipso tenent licite posse cœnulae prandiique horas inverti, cum rationabilis justave adest causa, necnon cum ita fert loci consuetudo, quia tunc substancialiter non frangitur jejunium; quare si, prout in casu jacet, tantum illud fecit ut magis tolerabile ipsi jejunium foret, a veniali non est excusandus, nam formam ad Ecclesia statutam et in ea communiter servatam absque causa re ipsa infregit. In secundo vero agendi modo de peccato argui nequit, cum inter auctores controvertatur adssit necne obligatio jejunii servandi; tum quia in uno jejunii essentia iam deficit, tum quia in altero senectus ipsa morbus est, ideoque causa adest a jejunio excusans: unde ipsi onus certum nequaquam imponendum, ergo nec de peccato arguendus. Quoad secundam autem casus partem dicendum procul dubio D. graviter deliquisse, cum præceptum Ecclesiae à jejunio distinctum et gravem materiam respiciens absque ratione infregerit, et quidem toties quoties sine indulto carnes comedit diebus ab Ecclesia præscriptis, et toties quoties quolibet die in materia gravi cibum vetitum edit; et aliunde omnino gratuita, falsa ac reprobabilis est doctrina D. tamquam ex tripode asserentis præceptum hujusmodi in desuetudinem abiisse, sicuti evidenter ostendit praxis fidelium, máxime timorum, constanter servata, necnon Ecclesiae sollicitudo singulis quibusque annis fideles monendi de quadam ciborum qualitate vetita obligationeque illud præceptum servandi.

Die 21 Aprilis.

CASUS. E., parochus, vitam cum pluribus suæ familiae satis pauperis agens, equas et vacas emit, quas in commune suæ paræciae monte alit, ut earum foetu et lacte necessaria ad illorum sustentationem obtineat. Ad hoc similiter, cum ante suam ordinationem esset Chirurgus, ex illis quos Practicantes vocant, et plus quam Medicum, qui alibi et valde longe residentiam habebat, se scire praesumens, medicinam in sua parochia exerens ex quo accidit, ut imperitia sua ex hac vita migrarunt aliqui infirmi. Quid de E.? Peccavitne et quomodo et in irregularitatem incidit? Ad quid tenetur?

SOLUTIO. Agendi ratio E. nequaquam reprobanda videtur, quandoquidem proprie et stricte dicta negotiatio in jure prohibita, et ab auctoribus lucrativa appellata, in eo agendi modo non reperitur; et in proprio prædio, ut quilibet ex suæ paræciae civibus, easdem saginabat. Quoad secundum vero E., medicinam exercens sive propter lucrum sive aliam quamlibet ob causam, graviter peccavit, tum quia hoc in jure canonico expressè vetitum invenitur, presertim in casibus adustionis vel incisionis, ut lenitatis spiritui oppositum; tum etiam quia temerarie ac præsumptuose eam exercuit, esse peritum et instructum ostendens ac credens, dum revera, ut ostendit eventus ac in casu datur, ineptus esset, quare se suosque parochianos decipiebat; quin eum excusset medici distantia vel absentia, nam hoc contingere ipsi potuisset in urgentissimo quopiam casu, non autem ei licebat exercere habitualiter ac veluti ex officio. Ad tertium dicendum E. in irregularitatem ex homicidio incurrisse, etenim 1.º, defunctiones illæ ipsi fuerunt indirecte voluntariæ, cum potuerit et debuerit prævidere easdem ex imperitia sua sequi posse, prout reipsa, ut in casu jacet, sequutæ sunt: 2.º; quia S. Lig. H. A. tract. 19 nüm. 105 cum Salm. aliisque pluribus h. c. statuit: dans operam rei illicitæ et simul mortis periculosæ, ex qua saltem plerumque mors sequatur, ut in E. evenit, fit irregularis: ac 3.º denique, quia ex communi doctrina in dubio de homicidio semper standum pro irregularitate, dum modo illud certum sit, ambigitur vero de actionis influenza in homicidio; in casu autem constat de homicidio et aliunde de actionis influenza in illud propter imperitiam agentis; hæc intellige, si positive, sunistrando scilicet seu propinando pharmaca vel remedia nociva, in eorum necem influxerit. Quare tenebitur 1.º medicinam deserere: 2.º si lucrum percepit, illud omnino restituere: 3.º a celebratione missæ omnique ministerio ecclesiastico abstinere, donec dispensationem obtinuerit; et 4.º, suos parochianos indemnes facere pro parte posibili ab omnibus malis ex vetito exercitio sequutis.

Die 5 Maii.

CASUS. F., parochus, interdum per unum aut alterum integrum diem a sua parochia abfuit, et frequenter per sex vel septem horas interdiu recreationis causa tantum. Postea jam quinquagenarius Canonicatum obtinuit; quo in statu, præter præsentiam in Choro, nihil aliud ad gloriam Dei et animarum salutem agit, quam se tradere spiritualibus exercitiis. Hinc nec prædicat, nec fideles instruit, nec illorum confessiones audit, licet bona valetudine gaudeat. F. igitur residentiam ut parochus adimplevit? Si negative, quantum et cui restituendum? Et ut canonicus, in præsenti rerum statu de suo agendi modo tutus in conscientia esse potest?

SOLUTIO. Bene asserti potest F. obligationi residentiae satisfecisse, dum

modo dies absentiae revera duorum mensium spatium non superasent, nec aliunde ullum suarum ovium detrimentum ex tali absentia sequutum fuisset, quia omnes auctores conveniunt parochum posse interdum sine licentia abesse, vel ad summum venialem culpam non excedere; et pariter dicendum, dum interdiu aliquas horas recreationis vel deambulationis causa a parochia abest absque ullo gregis damno, ita ut praesto et facile in casu urgente adesse possit et advocari queat, tunc enim asseri potest eum formaliter residere et moraliter praesens, quare, etsi minime laudandus, ad nihil tenetur. Ut canonicus vero F. tutus in conscientia esse potest, cum re ipsa obligationes canonicorum proprias et essentielles adimpleat; prout sacerdos autem Deique minister, vituperatione dignus deprehenditur ob negligentiam otiositatemve, sacerdos etenim saltem ex charitate et vi officii sui, omnibus sese utilem praebere debet, ne videatur otiosus, nec sufficit ut sit bonus sibi soli non autem aliis, praesertim luctuosis hisce in temporibus, in quibus ignorantia et malitia adeo abundant; atque ideo valde laborandum est in vinea Domini.

Die 19 Maii.

CASUS. G., parochus, in filiali ecclesia celebrans, post consecrationem hostiae missam abruptit, ut infirmo repentino morbo oppresso, S. Viaticum ministraret; et cum ibi aliae hostiae praeseconsecratae non essent, tunc ex hostiae missae partem infirmo dedit, partemque ad sacrificium perficiendum servavit. An bene et juxta S. Rubricas egit? G. An liceat fideles non infirmos communicare cum parte hostiae missae, cum aliae hostiae non sint, nec haberi possint?

SOLUTIO. In primis bene sese gessit G. nec sacras Rubricas infregit, nam juxta eas licitum est, imo quandoque obligatorium Missam abrumpere ad viaticum morituro subito morbo correpto ministrandum, praesertim si is nullo modo confiteri queat; et aliunde his in adjunctis tantum Rubrica exceptionem admittit, ut sacerdos licite possit suae hostiae partem porrigere, vel non integre primam speciem sumere, prout cuilibet eam legenti patebit. Quoad secundum autem, inter auctores controvertitur; negantes alii id licere, quia illud Ecclesiae disciplina non patitur, ejusque actuali praxi opponitur, quae pro fidelium communione particulas adhibet parvas, ut Cavalieri et aliqui; alteri vero affirmantes, dummodo causa rationabilis existat, quae juxta non nullos sufficiens foret, si quis aliter a sacra communione per notabile tempus abstinere cogeretur, quam opinionem validis confirmant rationibus, ut videre est apud de Herdt, Tit. 10, Rubr. 4, num.º 174, quarum una est, quia J. C. in caena communicavit Apostolos ex eodem pane ab ipsomet consecrato et sumpto, prout ex S. Litt. constat.

Die 2 Junii.

CASUS. H., praepositus, jam ex debilitate jam quia grave damnum ex parte criminalium in suis bonis temporalibus timet, nec blasphemos publicos, nec festorum profanatores punit. Aliis, cum sit etiam Medicus, infirmos, praesertim spectatae dignitatis, ne ingravescentur; per se ipsum de confessione peragenda, licet in periculo mortis sint, haud monet, sed tantum cum illorum familia de praefato periculo agit, et nihil amplius de confessione infirmorum curat. Quomodo cum H. se gerere debet confessarius?

SOLUTIO. Confessarius, ut suo rite fungatur munere, praepositum H.

monere tenetur, eum inter alia pro virili parte et quocumque timore posthabito, non solum corrigere, sed punire debere publicos divinorum præceptorum transgressores, quia ita exigit Dei honor, jus naturale, divinum et ecclesiasticum, quinimo ipsum civile bonum, cum illud maxime conferat ad cives in suo officio continendos; et si civiles leges favorabiles forent, utpote præpositus ac delegatus ad earum executionem urgendam, easdem servare tenebitur, nisi maxima incommoda seu damna certo sequutura provideat, cum superior primarius non sit, et aliunde præcepta affirmativa corrigendi ac puniendi cum gravissimo incommodo minime urgeant. Confessarius autem H., qua Medico, dicet, non satis suo muneri fecisse, si familia vel propinquis dumtaxat declaret infirmi periculum vel infirmitatis gravitatem; sed teneri insuper ex justitia, vel, si conductus non est, ex charitate, infirmo expresse confessionem præscribere et præcipere, nisi de valde piadosa familia ageretur, cui verosimiliter ejusmodi insinuatio sufficiens censeretur: necesse attamen non est ex auctorum sententia, ut medicus per se eundem infirmum moneat atque animadvertat de confessione, sed satis erit id mediate vel per alios implere, præsertim inter christianos ac vere catholicos; alias per se ac immediate infirmo confessionem, nec non cætera necessaria, ut pie ac christiane moriatur, præscribere tenebitur.

Die 17 Junii.

CASUS. Quidam Parochi disceptabant, an in præsentibus corruptis temporibus vigeat obligatio locorum Ordinariis denunciandi, qui hæreticas vel hæreticales blasphemias proferunt; et an absolvendi sint blasphemi reincidentes. Rationibus pro utraque parte expositis, unanimi demum consensu statuerunt, ut nullis blasphemis reincidentibus, nec pro prima vice, in posterum absolutionem darent; et ita egerunt: ex quo accidit, ut alii blasphemi emmendati sunt, alii vero a confessione abhorruerunt. Quid de dubiis et resolutione parochorum? In hac imitandi sunt?

SOLUTIO. Circa primum horum parochorum dubium, dicendum sane est, hisce in temporibus obligationem vigere denunciandi locorum Ordinariis eos, qui hæreticales blasphemias publice proferunt, cum gravissimi scandali rei sint, et semper obligatio vigeat hæreticos denunciandi, etsi nonnulli hanc obligationem limitent quoad hæreticos tantum dogmatizantes seu publice hæreses docentes: adesse nihilominus possunt causæ ab illo onere excussantes. Secundum autem eorum dubium, nequaquam potest absolute seu in genere dissolvi, cum præ oculis habere oporteat tum regulas ab auctoribus de hoc traditas, tum diversas pœnitentium conditiones, nec non adjuncta varia, in quibus absolutionem exoptant. De resolutione vero ab ipsis accepta, denegandi nempe absolutionem, etiam pro prima vice, omnibus blasphemis reincidentibus, non potest non asseri, haud quaquam admitti posse, per se loquendo, prout ostendit in primis ipsemet eventus in casu admissus, multorum scilicet a confessione alienatio ac in peccatis proinde obduratio; quilibet namque existimare debet ex ejusmodi sententia multo difficiliorem reddi horum peccatorum conversionem, quam ex absolutionis concessionem. Aliunde, communis Doctorum sententia est, nemini sat disposito absolutionem negandam esse; jam vero recidivi, maxime in peccatis linguæ, pluries ipsa dispositi ad confessionem accedunt, cum verum dolorem de peccato concipiant, firmumque propositum hic et nunc ostendant, ut sæpius accidit; non est ergo ratio illos per se inabsolutos dimittendi. S. Alfonsus, qui aliquatenus rigidior hac de re videri potest, ait tandem lib. 6. n.º 459:

«Quoties pœnitens affert vera signa doloris et propositi, toties bene absolvi poterit.» Posunt igitur absolvi ejusmodi reincidentes; vel ipsis differri absolutio per aliquod breve tempus, ut alii tenent cum Suarez cujus hæc sunt verba: lib. 3. cap. 8. de Juramento: Si sæpius proposuit emmendari et non facit, adhibenda sunt remedia convenientia. Denique, si hæc non sufficerent, interdum utile erit differre absolutionem per aliquos dies, in quibus vigilare cogatur: quod alibi de Pœnitentia agens repetit; et consonat hoc cum S. Lig. quit: semper spectandum esse majus bonum pœnitentis. Quare nulla illa agendi ratione parochi isti imitandi.

Die 30 Junii.

CASUS I., *Advocatus, et, ut valde instructus in suo oppido existimatus, nec resurrectionem Lazari, nec paralytici in probatica piscina curationem credit, quia de his definitio ab Ecclesia nunquam edita est; et ita alios docet. Alias, cum coram se præpositus oppidi avertere à fide intendisset præpositus Provinciæ, fidem exterius ex timore confessus non est. Post hæc, relicto suo officio, absque ulla dispensatione ad sacros ordines ascendit. An licite; an in irregularitatem vel excommunicationem incidit, et ad quid tenetur?*

SOLUTIO. Advocatus I., licet à fide deficeret, et ut vere hæreticus coram Deo seu in foro conscientie spectari posset; attamen, cum explicita Ecclesie definitio quoad veritates ab ipso rejectas plane non adsit, revera hæreticus in foro externo seu coram Ecclesia dici nequit, cum re ipsa adversus eam rebellis ac contumax minime sit; effugit proinde pœnas ab Ecclesia in hæreticos latas, ideoque nec excommunicationem nec irregularitatem incurrit; nulla igitur dispensatione indiget: nihilo tamen sciens graviter peccavit eo in statu sacros ordines suscipiens ob pravam ejus dispositionem. Quamobrem tenetur quidem errorem retractare ac dedocere coram illis, qui cum audierunt vel ab eo didicerunt; et alias, cum præceptum affirmativum fidem confitendi ex timore coram Præposito violasset, debet quoque fidei protestationem facere, unde honor Dei læsus, religionis contemptus, necnon aliorum scandalum fortasse sequutum reparatur seu in integrum restituatur, cum in his præcipue adjunctis ex omnium auctorum sententia urgeat divinum ac naturale præceptum fidem exterius fatendi; præsertim si à potestate publica, ut in casu, quis interrogetur, vel contemnatur religio et fides, prout ex quadam propositione ab Innocentio XI damnata apæte liquet.

DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE.

Ó SEA

DINERO DE SAN PEDRO.

Reales. Cs.

Suma anterior. 75.572 38

D. Aquilino Santo Domingo, 100 reales.—Genaro Hervas 24.—don Juan Gomez, 28.—D. Faustino de Grado, 20.—D. Henrique Hernando, 8.—D. Remigio Sanz por Octubre de 1891 á Julio de 1892, 180.—don Tamás Sanz, por id. id. 24.—D. Cayo Gonzalez, 14.—D. Tomás Martin, por id. id. 34.—D. Castor Martin, 36.—D. Nicolás Sanz-, 8.—El Colegio de la Inmaculada Concepcion de Aranda de Duero por

id. id. 54.—D. Tomás Sienes, 4.—D. Antonino de Miguel, 10.—don Julian Gratal, 20.—D. Félix Roncal, 8 —D. Rafael Santo Domingo, 40.—D. Pedro José Dominguez, 120.

Suma y sigue. 76.340 38

Se ha enviado á su destino hasta la fecha en varias remesas, unas directamente y otras por medio de la Nunciatura Apostólica.

75.658

Queda existente. 682 38

Limesna para los Santos Lugares de Jerusalem año 1892.

Del platillo de la Catedral, 8 pesetas 31 céntimos.—Del párroco y feligreses de Alcubilla del Marqués, 3—id. id. de Torreblacos, 50 céntimos.—id. id. de Atauta, 5.—id. id. de Alcozar, 1'85.—id. id. de Calatañazor, 3.—id. id. de Morcuera, 1.—id. id. de Piquera, 1.—id. id. de Espeja y San Asenjo, 4.—id. id. de Miño, 2'50.—id. id. de Villabuena, 5'50.—id. id. de Langa, 2'50.—id. id. de San Estéban de San Estéban de Gormaz, 3.—id. id. de La Orra 4'25.—id. id. de Pero-so, 2'10.—id. id. de Valdenarros, 2'75.—id. id. de Arauzo de Torre, 8.—id. id. de Villanueva de Gormaz, 2'87.—id. id. de Póveda y Arguijo, 4'50.—id. id. de Moradillo, 5'25.—id. id. de Bocigas, 6.—id. id. de Berzosa, 3'25.—id. id. de Almazul, 0'75.—id. id. de Fresmo de Carace-na, 2.—id. id. de Fuentecantales y Aylagas, 2.—id. id. de Ontoria del Pinar, 3'50.—id. id. de Acinas, 4 75.—id. id. de Brazacorta y Al-coba, 5'2.—id. id. de Valdegrulla y Valdealbin, 3.—id. id. de Arauzo de Miel, 4.—id. id. de Huerta de Rey, 1.—id. id. de Ituero, 2.—id. id. de Boad 2'6.—id. id. de Quintanamanvirgo, 1—id. id. de Anguix, 1.—id. id. de Pedrosa, 3.—id. id. de Olmedillo, 4.—id. id. de Peña-randa de Duero, 4'75.—id. id. de San Juan del Monte, 2'75.—id. id. de La Vid, 2'6.—id. id. de Fresnillo de las Dueñas, 3.—id. id. de Vi-llaverde, 1.—id. id. de Mambrilla, 6.—id. id. de Guijosa y Quintani-lla de Nuño Pedro, 2.—id. id. de Valdanzo, 2.—id. id. de Valdanzue-lla, 1'25.—id. id. de Coruña del Conde, 5'58.—id. id. de Rejas de San Estéban, 1.—id. id. de Olmillos, 2'50.—id. id. de Morales y Recuerda, 2.—id. id. de Santiuste, 1'25.—id. id. de Muriel de la Fuente y Abion-cillo, 5.—id. id. de Sotos del Burgo y Valdelinares, 2'75.—id. id. de Herreros, 4.—id. id. de Pinilla de Trasmonte, 4.—id. id. de Blacos, 2. id. id. de las Cuevas de Soria, 2'50.—id. id. de Quintana Redonda, 10. id. id. Los Llamosos é Izana, 4.50.—id. id. de Navalcaballo, 2'27.—id. id. de Aldeanueva de la Serrezuela, 1.—id. id. Suellacabras, 2'50.—id. id. de La Losilla, 1.—id. id. de Castillejo de Robledo, 3'5.—id. id. de Aranda de Duero, 16.—id. id. de Campillo, 2'50.—id. id. de Quintanas Rubias de Arriba y de Abajo, 4.—id. id. de San Leonardo y Arganza, 2'50.—id. id. de Miñana, 1'50.—id. id. de Mazateron, 2,50.

—id. id. de Guzman, 6.—id. id. de Quintanilla de Tres Barrios, 1'37.
 —id. id. de la Hinojosa, 5.—id. id. de Abion, 1.—id. id. del Salvador
 de Soria, 2.—id. id. de la Mayor, 4'67.—id. id. de San Juan, 2'60.—
 D. Manuel Martinez, 36.

Suma y sigue. 255 06

Remitidas por el giro del Banco de España al R. P. 233
 Comisario General de los Franciscanos y de las cuales ha
 acususado recibo quedan para otra remesa. 022 06

**Limosnas recogidas el dia de la Epifanía para la abolicion de la esclavitud
 en Africa, en virtud del mandato de Su Santidad, publicado en el Boletin.**

Del párroco y feligreses de Osma y La Olmeda, 2 pesetas.—Idem
 id. de Villabuena, 7.—Id. id. de Vadillo, 2'4.—Id. id. de Valdemalu-
 que, 2.—Id. id. de Barcebalejo y Barcebal, 1'50.—Id. id. de Campi-
 llo, 4.—Id. id. de Chércoles, 4'50.—Id. id. de Castrillo de la Reina,
 6'30.—Id. id. de Talveila, 3.—Id. id. de las tres parroquias de San
 Esteban de Gormaz, 3.—Id. id. de Villaverde, 1'50.—Id. id. de Bu-
 beros, 3.—Id. id. de Guijosa y Quintanilla de Nuño Pedro, 3'50.—
 De los feligreses de Alcoba, 0'25.—Del párroco y feligreses de Casa-
 rejos, 3.—Id. id. de Ontoria del Pinar, 3.—Id. id. de Seron, 6'25.—
 Id. id. de Bocigas, 3.—Id. id. de Brazacorta, 1'50.—Id. id. de Mor-
 cuera, 1'11.—Id. id. de Alcubilla del Marqués, 1.—Id. id. de Torre-
 blacos, 1.—Id. id. del Salvador de Soria, 2'75.—Id. id. de San Cle-
 mente de id., 2.—Id. id. de Sotos del Burgo, 2'50.—Id. id. de Castil-
 frío, 5.—Id. id. de Arauzo de Miel y Huerta de Rey, 5.—Id. id. de
 Campillo, 2.—Id. id. de Fresno de Caracena, 1'75.—Id. id. de Ines,
 1'50.—Id. id. de Atauta, 7'50.—Id. id. de Berzosa, 6.—Id. id. de He-
 rrerros, 4.—Id. id. de Fuentenebro, 12.—Id. id. de San Martin de Ru-
 biales, 4'50.—Id. id. de las dos parroquias de Aranda de Duero, 13'75.
 Id. id. de Gormaz y Quintanas, 2.—Id. id. de Olmillos, 7'50.—Idem
 id. de Rejas de San Esteban, 1'25.—Id. id. de Peñaranda de Duero,
 2.—Id. id. de Fuentecantales y Aylagas, 2.—Id. id. de Valdanzo, 2.
 —Id. id. de Valdanzuelo, 2.—Id. id. de Langa, 2'50.—Id. id. de Fres-
 nillo de las Dueñas, 3'50.—Id. id. de Alcozar y Velilla, 1'66.—Idem
 id. de Cantalucia y Cubillos, 5.—Id. id. de Guzman, 7.—Id. id. de
 Boada, 1.—Id. id. de Olmedillo, 4.—Id. id. de Ontangas, 4'30.—Idem
 id. de Moradillo de Roa, 6'50.—Id. id. de Hinojar del Rey, 2'50.—
 Id. id. de Calatañazor, 1.—Id. id. de Valtueña, 1.—Id. id. de Pique-
 ra, 1'50.—D. José Hidalgo, 5.—D. Fernando Carro, 1.—Del párroco
 y feligreses de Suellacabras, 2'50,—id. id. de Aldeanueva de la Serre-
 zuela, 1.—id. id. de Acinas, 3'50.—id. id. de Hinojar de Cervera 2'25.
 —id. id. de La Orra, 3.—id. id. de Fuentelmoage, 2.—id. id. de Ca-
 ñamaque, 2.—id. id. de Povar y Villarraso, 3.—id. id. de Mambrilla
 de Castrejon, 4,5.—id. id. de Coruña del Conde, 8.—id. id. de Alcoba
 por segunda vez, 2.—id. id. de Pinilla de Trasmonte, 2'50.—id. id. de

Morales, 2.—id. id. de Quintanilla de Tres Barrios, 1.—id. id. de La Losilla, 1.—id. id. de Castillejo de Robledo, 1'3.—id. id. de Mazate-ron, 2'50.—id. id. de Miñana, 2.—id. id. de Abion, 1.

Suma. 246 24

De las 636 pesetas y 45 céntimos enviadas á Toledo y Almería para socorro de los inundados, segun se expresa en el último número del BOLETIN, han venido ya los recibos de los respectivos Prelados, los cuales dan á todos los bienhechores las más expresivas gracias.

SEMINARIO CONCILIAR DE OSMA.

Desde el día 9 del próximo mes de Septiembre hasta el 15 del mismo, se hallará abierta en la Secretaria de Estudios de este Seminario Conciliar, la matrícula para los cursantes de Humanidades; y desde el 15 al 30 del mismo mes, para las demás Facultades.

En ambos plazos, serán respectivamente examinados los alumnos que habiendo asistido á cátedra con la puntualidad de Reglamento, no lo fueron ó quedaron suspensos en los últimos exámenes ordinarios, y tambien los nuevos discipulos que se hallen sujetos á exámen conforme á las disposiciones diocesanas.

Los estudiantes que vengan de otros Seminarios presentarán en la Secretaria de éste una certificacion fehaciente de los cursos que hubiesen ganado, y otra de su buena conducta moral, expedida por el Rector ó inmediato Superior de aquellos. Tambien traerán esta última certificacion dada por sus respectivos Profesores, los que hayan estudiado privadamente la Lengua Latina ó parte de ella, siendo naturales de la Diócesis ó domiciliados en la misma.

Los que pretendan para internos, presentarán al Ilmo. y Reverendísimo Prelado, antes del 1.º de Octubre, y por medio de la Secretaria de Cámara y Gobierno del Obispado su solicitud acompañada de fé de Bautismo, así como tambien certificacion cerrada y sellada de su buena conducta y buena educacion doméstica, la cual certificacion será expedida por el respectivo Párroco; en la inteligencia de que pasada dicha fecha, no será admitida su pretension. Todos deberán traer á su ingreso en el Establecimiento todas las prendas necesarias para la limpieza y aseo que se ha de guardar.

No se permite el estudio en ningun curso de la carrera lata ó breve de Teología á ningun estudiante externo, á no ser que se justifique á satisfaccion del Ilmo. y Rvmo. Prelado, la falta de medios para pagar la pension del Seminario. Esta será satisfecha por meses anticipados, y con el aumento de un real diario para los cursantes de fuera de este Obispado.

Ningun seminarista interno saldrá á vacaciones hasta la conclusion del curso, á no ser por enfermedad; prévio dictámen del Facultativo, ó por otra causa grave, cuya calificacion se reserva el Ilmo. y Reverendísimo Prelado.

Segun prescribe el Santo Concilio de Trento, serán admitidos internos, sólo los alumnos que hayan cumplido 12 años. Todos los alumnos que quieran estudiar primer año de Filosofía, ó de carrera abreviada, deberán someterse previamente, á un exámen general de Latin. Externos é internos llevarán dentro y fuera del Establecimiento el correspondiente traje que fué mandado en cursos anteriores, de lo contrario no serán admitidos en Cátedra.

Para el estudio de la Lengua Latina, será de Texto la Gramática de Nebrija.

El curso académico de 1892 á 1983 se abrirá en la forma siguiente:

El día 16 de Septiembre empezarán las clases para los alumnos de Latinidad y Humanidades.

Todos los que quieran cursar en este Seminario deberán asistir á los Ejercicios Espirituales, que empezarán el día 26 del indicado mes á las siete y media de la mañana.

Los que no asistan sin causa legítima, que justificarán en su caso, no ganarán curso.

La apertura solemne de este se verificará el día 1.º de Octubre, después de Horas Canónicas, en la Capilla del Seminario, con asistencia del Superior y Claustro de Catedráticos.

Inmediatamente después, por los respectivos catedráticos, se señalará leccion para el día 3, en el cual empezarán formalmente las cátedras, de conformidad con el cuadro de enseñanza, que se expondrá al público.

Los seminaristas internos, al verificar su entrada en el Establecimiento, deberán estar provistos de dos colchones ó jergon y colchon; dos mantas, seis sábanas, dos almohadas, seis fundas, tres servilletas, cuatro paños de manos, una pila para agua bendita, un arca, aguamanil, peines y cepillos para la limpieza de ropa y calzado; un vaso y un cubierto de metal, cuatro camisas interiores, idem exteriores, cuatro pares de calzoncillos, idem de calcetines, dos pares de zapatos, idem de alpargatas negras y además la ropa exterior necesaria para una muda. El traje de los seminaristas internos, consiste en manto de paño pardo, beca azul y bonete negro; debiendo traer además una sobrepelliz, dos bonetes y un balandran. Todas las prendas deberán estar marcadas con las iniciales del nombre y apellido de los interesados.

Los párrocos y ecónomos de este Obispado, harán saber oportunamente esta disposicion á los estudiantes de sus respectivas parroquias.

Burgo de Osma, 20 de Agosto de 1892.—V.º B.º; El Gobernador Eclesiástico, Licd. *Félix Ibergallartu*.—El Secretario de Estudios, *Segismundo Pey-Ordeyx*.

BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO.

SUPLEMENTO AL NÚM. 49.

CIRCULAR DEL ILMO. CABILDO DE OSMA.

SEDE VACANTE.

Profundamente afectado el Ilmo. Cabildo tiene el sentimiento de participar á todos los Párrocos y Ecónomos de la Diócesis, que nuestro dignísimo Prelado falleció ayer á la una de la madrugada en el Colegio de Agustinos Filipinos de Valladolid.

Hoy sale una comision del Ilmo. Cabildo para unirse en el Convento de La Vid, donde pernotará, con la que desde Valladolid viene acompañando al cadáver del Ilustre finado.

Mañana, Dios mediante, llegará á esta de cuatro à cuatro y media de la tarde.

Los Párrocos y Ecónomos mandarán que se hagan los clamores correspondientes, anunciando al pueblo el fallecimiento del que fué su celosísimo Pastor, á fin de que todos oren y oremos por su pronto y eterno descanso.

Burgo de Osma 20 de Diciembre de 1892.

El Dean,

Manuel de Roa.

ML

9 0141

0111 / 13

10